


**7431** Libarnae. *Si rinvenne nei campi della Pieve nel 1844.* Fuit Ferrarii, qui dedit universitati Genuati FERR. Apud eam adservatur.



Contuli. Ferrari in schedis apud Varnium et in epistula ad Gazzeram a. 1855; Sanguineti p. 251; Varni 2, 29.

**7432** arca, rep. Borghetti in valle Borberae BOTT. — In arcae operculo rep. 1850 Borghetti CARNEV.

LVCRETIVS·VERINAE  
ET·FILIVS·LIVIAE·IVLIVS·ENNIVS·F·C

Bottazzi Torton. 1808 p. 139 qui vidit (inde per Capurum Sanguinetius p. 245 cf. app. p. 18). Monstrum hoc dedit progeniem etiam vitiosorem apud Carnevalium (ms.) hanc: LVCRETIVS·VERRINA·HOMO·IVSTVS | VSQVE·AD·FINEM

**7433** Libarnae rep., nunc Genuae apud universitatem.

P MANLIVS·P·L  
/////VS

Descripsi.

**7434** Serravalle, qua Genuam itur, in via publica GRUT. *Fori de Saraval in strada de Genova* STEPHAN.

del-                      rosa                      del-  
phinus                                           phinus  
C·OCTAVIVS  
OBSEQVENS  
ET·PRVDENS  
POTITAE  
5                      MATRI

Grut. 735, 4 a Sculteto qui vidit. Stephanonius ms. Lugd. p. 81.

3 ET·PRVDENS Steph., TI·PRVDEN Grut.

**7435** in arcae operculo. *Alla cascina Tana distretto della Merella* BOTTAZZI.

SEQVND  
FILIAE  
F                      Q

Bottazzi Libarna p. 184 (inde per Capurum Sanguineti p. 247).

**7436** Libarnae rep. in sepulcro a. 1850; fuit apud Ferrarium, qui dedit universitati Genuati FERRAR. Apud eam adservatur.

P·VALERIO·P·L  
PRIM//  
T·NONIVS//  
POTITVS P

Contuli. Ferrari et in schedis apud Varnium et in epistula ad Gazzeram scripta a. 1850; Sanguineti p. 250; Varni 2, 30.

**7437** in Libarnae ruinis rep. *Trovato li 24 Apr. 1851 in mezzo tra la strada ferrata e regia prima di giungere al primo cavalcavia vicino a S. Antonio, cioè al Est-Nord della strada regia. Era sopra un sepolcro, dentro cui si trovò un cadavere, che aveva una moneta in bocca. Ritirata dai sig. Bajli nel 1854 in Marzo* FERRARI. Novii apud Capurum CAP. Iam Genuae apud Varnium.

ornamenta  
D                      M  
VETTI · HERMADIO  
NIS  
QVI VIXIT · ANNOS · XVI  
5 MENSES III ET HERMIO  
NIS  
QVAE VIXIT ANNOS VIII ET  
HERMETIS QVI VIXIT ANN VII  
QVORVM LABOR HVMANITA  
10 TIS ET STATVS PIETATIS · IN  
MATREM SVAM·ABREPTVS EST  
HVNC TITVLVM ALBIA  
APHRODISIA MATER FILIS  
PIENTISSIMIS

Contuli. Ferrarius in schedis apud Varnium et in epistula ad Gazzeram scripta a. 1855. Sanguineti p. 246 a Capurro et Ferrario, deinde in app. p. 19. 28 ex lapide. Varni 2, 32.

**7438** Libarnae prope theatrum rep., hodie Genuae apud Varnium.

S·TR  
V

Descripsi. Varni 2, 35.

**7439** Libarnae rep. 1859.

EGP  
AF

Ferrari in schedis apud Varnium (inde Varni 2, 35).

**7440** Libarnae rep.; extat Novi apud Capurum.

E  
RNAL  
CIT

Capurro ms. (inde Sanguineti p. 251).

**7441** Libarnae rep., nunc Novii apud Capurum.

IO/////N/  
/MMIIV////  
M F FIR////  
L/////////  
/////////

Capurro ms. (inde Sanguineti p. 251).

**7442** in Libarnae rudibus.

† IVS  
MAI

Bottazzi Libarna p. 173.

### XC. FORVM FVLVII VALENTIA (Valenza). Tribu Pollia.

*Forum Fulvii quod Valentinum* inter Liguria oppida enumerat Plinius h. n. 3, 5, 49. Eiusdem meminerunt tituli duo militares reperti Mogontiaci, in quorum altero (Brambach 1171) est *P. Urvinus P. f. Pol. For. Fulvi*, in altero (ib. 1170 cf. n. 949), quem et ipsum huc rettulit Grotefendius trib. p. 55 probabiliter, . . . *Polia Valentia*. Etiam in Notitia Occidentis p. 121 invenitur *praefectus Sarmatarum gentilium Forofulviensi*. Denique supra p. 831 vidimus Forum Fulvii stationem fuisse in via Dertona Pollentiam distantem ab Hasta m. p. XXII, ibidemque observavimus eius viae et fori huius origines iungendas esse videri.

Dudum id composuerunt viri docti cum oppido quod nunc est Valenza ad Padum, quocum itinerarium ita convenit, ut numerus milium requiratur ab Hasta paullo maior, puta XXX m. p. Titulum inde adhuc non habemus nisi unum, sed qui et ipse tribum Polliam habuisse videatur. — Adiunxi huic titulos non multos inventos ad confluentes Padi et Tanari Bassignanae, item in vicis vicinis inter Tanarum et Padum Montecastello et Quargnento, quorum unus n. 7447 senatorii hominis est, alter n. 7448 tribum habet Pomptinam vicinae Dertonae.